


EPISTULA LEONINA

CCXLIII

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-CCXXXIX INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS. ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM

DUCENTESIMAM QUADRAGESIMAM TERTIAM (243) !

ARGUMENTA

PRAEFATIUNCULA	03-04
FRONDERE PHILEMONA BAUCIS	05
CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA	06-09
ORBIS PICTUS HEXAGLOTTUS: BIROTA	10-12
CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA	13-16
FACIES PHARAONIS TUTANCHAMUNI RESTITUTA	17-25
DE FODINARIO FALUNENSI (<i>Wikipedia/LL</i>).....	26-28
DE AMORE TRAGICO (<i>Hollstein/LL</i>).....	29-36
REVISIO INSUPERATA (<i>Hebel/LL</i>).....	37-42
LIBRI LEONIS LATINI	43-46

PRAEFATIUNCULA

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS
AMANTIBUS SAL.PL.DIC.

Cara Lectrix, Care Lector,

*utinam iucundo fruaris otio, quo incumbas in Leonis Latini epistulam legendam novissimam. Praeparavit enim Leo tibi varia delectamenta: quae sunt **chronogrammata** et **vocabula Orbis Picti Hexaglotti** et corpora more Aegyptiorum medicata id est **mumiae** sive – ut ait Augustinus – **gabbarae**. Quaeris quatenus delectamenta sint cadavera? Remotâ necrophiliâ (phu diabole! Absit ista cupiditas foedissima) tibi affirmo hoc thema duabus de causis esse delectabile: causâ technicâ necnon philologicâ. Agitur enim primo loco **de mumiâ¹ Tutanchamuni**, quam archaeologi haptoscopio² cum perscrutati essent, invenerunt formam faciei huius pharaonis illustrissimi originalem. En aspice photographemata maximê mirabilia! Cum relatiuncula Tutanchamuni spectet ad rem technicam, altera mumiographia³ huius Epistulae Leoninae magis spectat ad historiam litteraturae romanticae. Tractabimus enim “**Fed-Mats**”(Matthiam Pinguem), id est Suetum **fodinarium Falunensem**, qui saeculo septimo decimo in cuniculo subterraneo infortunium passus ratione naturali mumificatus⁴, quinquaginta annis post ad superficiem terrae reportatus et a **Margaritâ Olsdotter** sponsâ quondam suâ*

¹ +**mūmia**, -ae f. cfr <http://ducange.enc.sorbonne.fr/MUMIA>: “**Mumia**, Cadaver siccum, in Miraculis B. Gregorii Verucul. tom. 1. Maii pag. 539. –

² ***haptoscopium**, -ī n. i.q. anglicê *scanner*. cfr EL 241, p.10-13.

³ ***mūmiographia**, -ae f. cfr ACTA ERUDITORUM, Lipsiae 1717, p.234: “Bericht von Egyptischen Mumien sc. h.e., **Mumiographia** medica, seu narratio de **mumiis** Aegyptiacis, speciatim de **Mumia** in officina pharmaceutica Gothana aulica prostante, variisque in illa repertis idolis & icunculis hieroglyphicis, auctore Christiano Herzog, pharmacopola aulico Gothano, Gothae, typis Reyherianis, 1717...”

⁴ ***mūmificō**, -āre, -ātum cfr Joannes van de Moer, Dissertatio chirurgica inauguralis, de gangraena sicca, tom.I, Groningae 1844, p.9: “etiam non raro casus occurrunt, in quibus pes e.g. totus **mumificatus erat**, sed partes molles cruris G. humidae affectae erant et sub foetore intolerabili per frusta et particulas ab ossibus decidebant...”

*propter faciem adhuc iuvenilem et optimê conservatam recognitus est. De hac re multi poetae Germani romantici scripserunt; illustrissima est fabella calendarii a **Iohanne Petro Hebel** narrata, c.t. “**Unverhofftes Wiedersehen**”(i.e. *Revisio insperata*). Charlotta uxor Friderici Schiller poetae narrat omnes audientes animis commotis flevisse, cum ipse **Iohannes Volfgangus de Goethe** consiliarius secretus hanc fabellam Hebelianam voce suâ pulchrâ recitaret. Necnon **Ernestus Bloch** philosophus dixit hanc narratiunculam Hebelii esse pulcherrimam totius mundi omnium.*

*Ergo – ut ait **Apuleius Madaurensis** in *Asini Aurei prooemio* -
»Lector (Lectrixve) intende: laetaberis«.*

Pancraticê vale et perge mihi favere.

Medullitus te salutat

Dr. Nicolaus Groß
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,
Die Lunae
06. m.Sept. a.2021**




**FRONDERE PHILEMONA BAUCIS
BAUCIDA CONSPEXIT SENIOR
FRONDERE PHILEMON**

OVIDIUS, Metamorphoses VIII, 711-721

Vota fides sequitur: templi tutela fuere,/ donec vita data est; annis aevoque soluti/
ante gradus sacros cum starent forte locique/
narrarent casus, **frondère Philemôna Baucis,/ Baucida conspexit senior frondère Philêmon.**/(715) iamque super geminos crescente cacumine vultus/
mutua, dum licuit, reddebant dicta "vale" que/
"o coniunx" dixere simul, simul abdita textit/
ora frutex: ostendit adhuc Thyneius illic/
incola de gemino vicinos corpore truncos./(720) haec mihi non vani (neque erat, cur fallere vellent)/
narravere senes; equidem pendentia vidi/
serta super ramos ponensque recentia dixi/
"cura deum di sint, et, qui coluere, colantur".

CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA

Chronogrammata a Patre Herberto Douteil Brasiliensi artificiose confecta.



Breviarium Grimani, Brügge, ca. 1515

2021* Deo PatrI et VnIgenIto qVI a MortVIIs sVrreXIIt aC ParaCLIto

sIt a nobIs totIs In terrIs VIVentIbVs gLorIa In InfInIta aeternItatIs saeCVLa. - Gott Vater und dem eingeborenen Sohn, der von den Toten auferstanden ist, und dem Tröster sei von uns allen, die wir auf der Erde leben, Herrlichkeit in unbegrenzte Ewigkeiten!

2021* Deo PatrI sIt a nobIs gLorIa atqVe IesV VnIgenItO sVo qVI Vere a MortVIIs sVrreXIIt aC ParaCLYto In InfInIta saeCVLa. – Gott Vater sei Ehre und Jesus, seinem eingeborenen Sohn, der wahrhaftig von den Toten auferstanden ist, und dem Tröster in unbegrenzte Ewigkeiten!

2020* ego et Pater VnVM sVMVs. – Ich und der Vater sind eins! (Jo 10,30) –

„Ich und der Vater sind eins“ (Katechismus der Katholischen Kirche)

Die Christen werden im „Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes“ (Mt 28,19) getauft. Vorher antworten sie auf die dreifache Frage, ob sie an den Vater, an den Sohn und an den Heiligen Geist glauben, mit: „Ich glaube“. „Der Inbegriff des Glaubens aller Christen ist die Dreifaltigkeit“ (Cæsarius v. Arles, symb.). Die Christen werden „im Namen“ (Einzahl) und nicht „auf die Namen“ (Mehrzahl) des Vaters, des Sohnes und des Heiligen Geistes getauft [vgl. das Glaubensbekenntnis des Papstes Vigilius im Jahre 552: DS 415], denn es gibt nur einen einzigen Gott, den allmächtigen Vater und seinen eingeborenen Sohn und den Heiligen Geist: die heiligste Dreifaltigkeit.

Das Mysterium der heiligsten Dreifaltigkeit ist das zentrale Geheimnis des christlichen Glaubens und Lebens. Es ist das Mysterium des inneren Lebens Gottes, der Urgrund aller anderen Glaubensmysterien und das Licht, das diese erhellt. Es ist in der „Hierarchie der Glaubenswahrheiten“ (DCG 43) die grundlegendste und wesentlichste. „Die ganze Heilsgeschichte ist nichts anderes als die Geschichte des Weges und der Mittel, durch die der wahre, einzige Gott – Vater, Sohn und Heiliger Geist – sich offenbart, sich mit den Menschen, die sich von der Sünde abwenden, versöhnt und sie mit sich vereint“ (DCG 47). [...]

Die Trinität ist ein Glaubensmysterium im strengen Sinn, eines der „in Gott verborgenen Geheimnisse ... die, wenn sie nicht von Gott geoffenbart wären, nicht bekannt werden könnten“ (1. Vatikanisches K.: DS 3015). Zwar hat Gott in seinem Schöpfungswerk und in seiner Offenbarung im Laufe des Alten Bundes Spuren seines trinitarischen Wesens hinterlassen. Aber sein innerstes Wesen als heilige Dreifaltigkeit stellt ein Geheimnis dar, das der Vernunft nicht zugänglich ist und vor der Menschwerdung des Sohnes Gottes und der Sendung des Heiligen Geistes auch dem Glauben Israels unzugänglich war.

2021* eIa,fratres pII: In totIs horIs hVIVs annI eXaLtate noMen DeI VnIVs et trInI: PatrIs et FILII eIVs IesV ChrIstI et SpIrItVs SanCtI ParaCLYtI – Ja, fromme Brüder: Zu allen Stunden dieses Jahres verherrlicht den Namen des

einen und dreifaltigen Gottes, des Vaters und seines Sohnes Jesus Christus und des Heiligen Geistes, des Trösters.

2021* GenItorI GenItOqVe et ProCeDentI ab VtroqVe sIt IVbILatIo atqVe saLVs honorIs VIrtVs qVoqVe et fortIs beneDICTIo aC In pIetate LaVDatIo. – Dem Vater und dem Sohne und dem, der von beiden hervorgeht, sei Jubel und des Heils Ehre und Kraft und auch wirkkräftiger Segen und frommer Lobpreis! – nach der Schlussstrophe des Pange lingua des Thomas von Aquin

2021* gLorIa sIt In eXCeLsIs Deo VnI et TrIno, DetVr a nobIs totIs gLorIa Patri, gLorIa FILIo, gLorIa SpIrItVI SanCto, sICVt erat In prInCipIo et nVnC atqVe In InfInIta saeCVLa – Ehre sei in der Höhe Gott, dem einen und dreifaltigen, Ehre sei von uns allen gegeben dem Vater, Ehre dem Sohne, Ehre dem Heiligen Geiste, wie es war im Anfang so auch jetzt und in unendliche Ewigkeiten!

2021* gLorIa sIt sIne fIne In eXCeLsIs Deo Vero VnI et trIno: et In terrIs Patri et DILeCto sVo FILIo et SpIrItVI SanCto, sICVt erat In prInCipIo et nVnC et In InfInIta saeCVLa. – Ehre ohne Ende sei in der Höhe dem wahren, dem einen als auch dreifaltigen Gott: und auf Erden dem Vater und seinem geliebten Sohn und dem Heiligen Geist, wie es war im Anfang, so auch jetzt und durch die unendlichen Ewigkeiten.

2021* gratIas sIt tIbI, DeVs Vere, gratIas tIbI, Vera et VnICa TrInItas, VnItas In TrInItate, gLorIa tIbI, Fons VnICae totIVsqVe sanCtItatIs, beneDICTVs est qVoqVe GenItor Vitae et FILIVs atqVe SpIrItVs SanCtVs ParCLYtVs! aLLeLVIA! – Dank sei Dir, wahrer Gott, Dank sei Dir, wahrhaftige und einzige Dreifaltigkeit, Einheit in Dreifaltigkeit! Ehre sei Dir, Du einzige Quelle aller Heiligkeit! Gepriesen ist auch der Vater des Lebens und der Sohn und der Heilige Geist, der Tröster! Halleluja! –

2020* Pater et ego VNUM sVMVs. – Der Vater und ich sind eins. – Jo 10. 30

2021* sIt TrInItatI DIVInae In CaeLIs et In terrIs orbIs LaVs et pIa gLorIa honorIs et potestatIs et IVbILatIonIs qVae In VnItate fortI gVbernat oMnIa per VnIVersa aeternItatIs saeCVLa. – Der göttlichen Dreifaltigkeit sei im Himmel und den Ländern der Erde Lob und fromme Herrlichkeit der Ehre und der Macht und des Preisgesangs; in starker Einheit regiert sie alles durch alle Ewigkeiten. – In Anlehnung an die Schlussstrophe des Hymnus „Decora lux aeternitatis“ zum Fest von Peter und Paul

202a* SpIrItVs sapIens et fortIs, qVI a Patre proCeDIt, ILLe Me CLarIfICabIt LIberans. - Der weise und mächtige Geist, der vom Vater ausgeht, er wird mich verherrlichen, indem er mich <vom Tode> befreit. -


2021* tV aMor PatrIs et VnIgenItI, saCer fons totIVs bonItatIs SpIrItVs ParaCLYte, e thesaVrIs TrInItatIs, VenI torrens fortIs CarItatIs, CorDa nostra VIRTvte tVa VIserere. –AHMA 54, S. 247 – Du des Vaters und des eingeborenen Sohnes Liebe, heil'ge Quelle alles Guten, Heil'ger Geist, Parakletus! Aus den Tiefen der Dreieinheit komm, o starker Strom der Liebe, dring mit deiner Kraft in unsere Herzen ein! – Cantalamessa, Komm, Schöpfer Geist – S. 175-176

2020* tVa sVnt Mea, et Mea sVnt tVa. – Was dein ist, ist m*ein, und was mein ist, ist dein. – vgl. Joh 16,15

Zum 31. Mai 2019, dem **Fest der Heimsuchung**, eine Trilogie:

2021* MarIa abIIIt festInanter et In CIVItate IVDae saLVtaVIt ple ELIsabet ZaCharIae CVIVs Infans eXVLtaVIt In Vtero. - Maria brach eilig auf und grüßte fromm in der Stadt Judas Elisabeth, die Frau des Zacharias, dessen Sohn im Schoss frohlockte. - vgl. Lk 1, 39.40.41

ORBIS PICTUS HEXAGLOTTUS: BIROTA



THEODISCE	ANGLICE	FRANCO-GALLICE	HISPANICE	ITALICE	LATINE
p.698 Fahrrad	bicycle	bicyclette	bicicleta	bicicletta	birota , -ae f. [COD.Theod.6.29,2,2; Civis Romanus I/1908, p.15]
Teile eines Fahrrads	parts of a bicycle	parties d'une bicyclette	partes de una bicicleta	componenti di una bicicletta	partēs birotae
Pedalhaken	toe-clip	cale-pied	calzapié	fermapiedi	stapēs (stapedis m.) birotārius [https://wikipedalia.com/index.php/Pedalhaken: "Pedalhaken sind steigbügelartige Vorrichtungen, die an Plattform- oder Rennpedale befestigt werden. Sie werden normalerweise mit Riemen aus Leder oder anderem Gewebe benutzt".]
Pedal	pedal	pédale	pedal	pedale	pedāle , -is n. [Dumaine, Conversations Latines, 3.ed., Paris 1930, p.30; Eichenseer, Vox Latina 1982, p.333: premere pedale]
Kettenblattumwerfer	front derailleur	dérailleur avant	cambio de marchas delantero	deragliatore anteriore	*mūtāmen catēnārium anterius [https://de.wikipedia.org/wiki/Umwerfer: "Als Umwerfer bezeichnet man am Fahrrad die vordere Schaltvorrichtung bei Kettenschaltungen. Der Umwerfer steuert den Lauf der Kette auf den vorderen zwei oder drei Kettenblättern."]

Kette	chain	chaîne	cadena	catena	catēna, -ae f.	
Kettenstrebe	chain stay	base	soporte de la cadena	forcella inferiore	furcilla inferior	
hinterer Umwerfer	rear derailleur	dérailleur arrière	cambio de marchas trasero	deragliatore posteriore	*mūtāmen catēnārium posterius [https://de.wikipedia.org/wiki/Umwerfer : "Als Umwerfer bezeichnet man am Fahrrad die vordere Schaltvorrichtung bei Kettenschaltungen . Der Umwerfer steuert den Lauf der Kette auf den vorderen zwei oder drei Kettenblättern ."]]	
Schutzblech	mudguard	garde-boue	guardabarros	parafango	*luticipulum, -ī n. [Palaestra Latina 1960, p.218]	
Rückstrahler	reflector	catadioptré	reflector	catarifrangente	*reflexōrium, -ī n. [Tassius, Photicae (quae vulgo optica dicitur) compendium, Hamburg 1678, p.29, V "In convexo speculo, perinde ut in plano, radius incidens ac reflexus conjunctim, minores sunt binis quibusque radiis etiam conjunctim sumptis, qui ab eodem lucido puncto ex alii incidentiae punctis.ad idem reflexorium punctum referuntur".]	
Dynamo	dynamo	dynamo	dinamo	dinamo	*dynamon, -ī n. [Holzer, Societas Latina 1953, p.16]	
hintere Felgenbremse	rear brake	frein arrière	freno trasero	freno posteriore	frēnum posterius	
Gepäckträger	carrier	porte-bagages	portaequipajes	portapacchi	sarcinae sustentāculum [cfr Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.41]	
Sitzrohr	saddle tube	tube de selle	tubo del asiento	tubo verticale	tubus sedentārius	
hinterer Streben	seat stay	hauban	horquilla trasera	forcella superiore	furca superior	
Rückstrahler	rear reflector	réflecteur arrière	reflector trasero	catarifrangente posteriore	*reflexōrium posterius [1. Tassius, Photicae (quae vulgo optica dicitur) compendium, Hamburg 1678, p.29, V "In convexo speculo, perinde ut in plano, radius incidens ac reflexus conjunctim, minores sunt binis quibusque radiis etiam conjunctim sumptis, qui ab eodem lucido puncto ex alii incidentiae punctis.ad idem reflexorium punctum referuntur".]	
Sattelstütze	saddle pillar	tige de selle	poste del asiento	cannotto reggisella	fulcrum sessibulī	
Sattel	saddle	selle	sillín	sella	sessibulum, -ī n. [Bacci, Lexicon vocabulorum quae difficilius Latine redduntur, 4.ed., Roma 1963, p.120]	
Luftpumpe	tyre pump	pompe	bomba de aire	pompa	antlia pneumatica	
Oberrohr	crossbar	tube horizontal	barra	canna	tubus *horizontālis	
p.699 Fahrrad (2)						
Trinkflasche	water bottle	bidon	botella	bottiglia dell'acqua	lagoena aquāria	
Schalthebel	gear lever	manette de dérailleur	palanca del cambio de velocidades	leva del cambio	vectculus vēlōcitātēs mūtandī	
Lenkkopf	steering tube	tube de direction	tubo del manillar	tubo di sterzo	tubus moderātor	

Vorbau	handlebar stem	potence	vástago	attacco del manubrio	adiūnctiō *manubriālis [2. cfr nomen zoologicum: hypogastrura manubrialis]
Bremszug	brake cable	câble de frein	cable del freno	cavo del freno	capulum *frēnāle [2. cfr nomen entomologicum: https://sv.wikipedia.org/wiki/Mesoleius_frenalis]
Rennbügel, Lenker, Lenkstange	handlebars	guidon	manillar	manubrio	manubrium, -ī n. [Bacci, Lexicon vocabulorum quae difficilius Latine redduntur, 4.ed., Roma 1963, p.119]
Bremsgriff	brake lever	poignée de frein	palanca del freno	leva del freno	vectculus *frēnālis [2. cfr nomen entomologicum: https://sv.wikipedia.org/wiki/Mesoleius_frenalis]
Vorderstrahler	front reflector	réflecteur avant	reflector frontal	catarifrangente anteriore	*reflexōrium frontāle [1. Tassius, Photicae (quae vulgo optica dicitur) compendium, Hamburg 1678, p.29, V "In convexo speculo, perinde ut in plano, radius incidens ac reflexus conjunctim, minores sunt binis quibusque radiis etiam conjunctim sumptis, qui ab eodem lucido puncto ex alii incidentiae punctis. ad idem reflexorium punctum referuntur".]
vordere Felgenbremse	front brake	frein avant	freno delantero	freno anteriore	frēnum anterius
Scheinwerfer	front lamp	projecteur	luz delantera	fanale anteriore	lūmināre, -is n. [Thll VII 2 1823,58, Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.44]
Strahler	reflector	réflecteur	reflector	catarifrangente	*reflexōrium, -ī n. [Tassius, Photicae (quae vulgo optica dicitur) compendium, Hamburg 1678, p.29, V "In convexo speculo, perinde ut in plano, radius incidens ac reflexus conjunctim, minores sunt binis quibusque radiis etiam conjunctim sumptis, qui ab eodem lucido puncto ex alii incidentiae punctis. ad idem reflexorium punctum referuntur".]
Vordergabel	fork	fourche	horquilla	forcella	furca anterior
Nabe	hub	moyeu	eje de la rueda	mozzo	modiolus, -ī m. orbiculus, -ī m.
Felge	rim	jante	llanta	cerchio	vitus, -ūs f.
Reifen	tyre	pneu	neumático	pneumatico	canthus pneumaticus [Dumaine, Conversations Latines, 3.ed., Paris 1930]
Speiche	spoke	rayon	radio	raggio	radius, -ī m.
Ventil	tyre valve	valve	válvula	valvola	valvula, -ae f.
Unterrohr	down tube	tube oblique	tubo inferior del cuadro	tubo obliquo	tubus obliquus
Trinkflaschenhalter	water bottle clip	porte-bidon	portabotellas	portabottiglia	*lagoenophorum, -ī n. [cfr nomen palaeontologicum: <i>Micrhystridium lagynophorum</i>]

**VOCABULA BIROTARIA
ORBIS PICTI HEXAGLOTTI
COLLEGIT
LEO LATINUS**

CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA

Hermann Broch

* 1. November 1886 in Wien

† 30. Mai 1951 in New Haven, Connecticut



ar*mi*ni*iv*s bro*Ch*

genere *ivd*ai*co* nat*vs*

s*Cr*iptor a *V*stri*aCV*s praes*ign*is

sept*V*ag*i*nta ann*is* ante

iii kal. *iv*ni*as*

port*V* no*V*o e *V*ita egress*V*s


mmxxi

Am 30 Mai vor siebzig Jahren starb in New Haven Hermann Broch – ein ausgezeichneter österreichischer Schriftsteller jüdischer Herkunft.

Karl Dedecius

* 20. Mai 1921 in Łódź

† 26. Februar 2016 in Frankfurt am Main



CaroIVs dedecivS

sCriptor atqVe iInterpres egregiVs

qVinqVies viginti annis ante

xiii kaL. ivnias

Lodziae natVs

mmxxi

Am 20. Mai vor hundert Jahren wurde der Schriftsteller und herausragende Übersetzer Karl Dedecius in Lodz geboren.

Friederike Mayröcker

* 20. Dezember 1924 in Wien

† 4. Juni 2021 in Wien



Fri*deri*ca M*ayro*eC*ker*

sC*ri*p*tr*iX et poe*tri*a praeC*ell*ens


e V*i*ta egressa

mmxxi

Carl Gustav Jung

* 26. Juli 1875 in Kesswil, Schweiz

† 6. Juni 1961 in Küsnacht/Kanton Zürich



CaroIvs gvstaVVs ivng

psYChIater bonVs

CondiIor psYChologiae analytIcae

seXagInta annIIs ante

diE seXto ivnii


CVssenaChI obIIt

aetatis sVae lxxxv

HAPTOSCOPIA¹ X-RADIARIA

FACIEM PHARAONIS TUTANCHAMUNI ESSE RESTITUTAM

Îdem rex aetate puerili thronum insedit, iuvenili mortuus est: Sorte Tutanchamuni per saeculum ferê multi homines plurimum commoti sunt. Nunc scientistae computatro restituerunt faciem pharaonis.



Facies Tutanchamuni restituta: Tres greges scientistarum, tres imagines persimiles

Haec actio sumptuosa ubique terrarum a diurnariis est celebrata: Primum omnium, ex quo inventa est a *Howardo Cartero* archaeologo Britanno, +mumia Tutanchamuni exempta est e conditorio sepulchrali. In tomographo computatrali hîc anno ineunte facta sunt milia septingenta graphemata corporis mortui. Iam nunc constant conclusiones praecipuae: Pharaon iuvenis tempore regnandi brevi finito 19 (undeviginti) tantum annos natus mortem obiit, sed adversus hypotheses priores non est occisus.

¹ *haptoscopia, -ae f., *haptoscopātiō, -ōnis f. angl. *scanning* - *haptoscopium, -ī n. angl. *scanner*. - *haptoscopāre, -ō angl. *to scan*.

cfr EL p.10-13: Haptoscopium quid sit – Scanner quid sit Latine?.-

Nunc Cairo in urbe administratores antiquitatum Aegyptii publicaverunt imaginem haptoscopatione x-radiariâ effectam: quâ monstratur, qualis fuerit aspectus rēgis viventis. Tres enim greges investigatorum unus alii prorsus non obnoxii Francogallicus, Aegyptius, US-Americanus modernis methodis forensibus restituerunt faciem Tutanchamuni, qui mortuus est 1323 (mille trecentis viginti tribus) annis ante Christum natum.

TUTANCHAMUNUS: FACIES PHARAONIS




Imago computatralis: Cadaver Tutanchamuni haptoscopio perscrutati investigatores computaverunt, qualis fuisset facies huius rēgis.



Effectus coloris: Formâ faciei restitutâ technurgi faciei indiderunt pigmentum pharaonis. Ecce conspectus temporis transacti: Talis ferê fuit aspectus Tutanchamuni, qui mortuus est aetate undeviginti annorum.






Aspectus pharaonis: Tres greges investigatorum Francogallicus, Americanus, Aegyptius unus ab alio non dependens studuerunt faciei restituendae. Eorundem restitutiones inter se fuerunt persimiles, parvae tantum differentiae apparuerunt in restituendis naso auribusque.



Calvaria pharaonis *mumificata: *Mumificatores usi sunt uncis, quibus per nasum extraherent cerebrum.



Aspectus calvariae lateralis: Investigatores quaerunt, quare hic pharao tam negligenter sit mumificatus.



Nonne factum est homicidium? Archaeologi calvariam CT-scandimento perscrutati nullum invenerunt indicium, quo probaretur rex mortuus esse violenter.



Amenophis IV. (Quartus), pater Tutanchamuni, loco deorum traditorum ponit ens unicum supremum - deum solis, quem appellat *Aton*. Inde pharao appellatur *Echnaton*, i.e. „qui placet deo solis”.



Ecce ornamentum veteris Aegypti pretiosissimum: Illustris Tutanchamuni persona mortuaria



Conspectus calvariae frontalis: Tomographiâ computatrali mumia potuit explorari exactissimê



Tubo inferatur: *Zahi Hawass* archaeologus Aegyptius mumiam imponit tomographo computatrali.



Imago x-radiaria calvariae Tutanchamuni: In superiore capitis parte dimidiâ
sinistrâ inventum est parvum ossis fragmentum.



+Mumia perquiritur: Investigatores usque nunc nesciunt, qua causâ
Tutanchamunus mortuus sit.

Omnes investigatores invenerunt faciem viri iuvenilis, labiis plenis, auribus a capite paulum distantioribus. Scientistae nuntiaverunt singulos greges quoad formam faciei, positionem oculorum, calvariae proportiones ferê omnino inter se consensisse. Tantummodo summum nasum summasque aures in imaginibus aliquantulo inter se distulisse.

Hanc relationem d.10.m.Mai. a.2005 h.16.24 in periodico interretiali „Spiegel online“ editam e Theodisco sermone in Latinum convertit Nicolaus Groß praeceptor Sedis interretialis domûsque editoriae, quae appellatur LEO LATINUS: <http://www.leolatinus.com/> Primo edita est haec relatio Latinê reddita in commentariis Ephemeridos interretialibus.

Scipsit Nicolaus Gross - 11/03/2008

DE FODINARIO FALUNENSI

<https://en.wikipedia.org/wiki/Fet-Mats>



FET-MATS est supernomen viri Sueti, quod valet *MATTHIAM PINGUEM*. Hic vir, cuius nomen proprium fuit *Mats Israelsson*, mortuus erat a.1677. Eius corpus effectu naturali in mumiam mutatum inventum est a.1719 Falunae in urbe Sueticâ.

A.1719 fodinarii in fodinae cuprariae Falunensis cuniculo, qui aquâ completus diu non erat intratus, invenerunt corpus mortuum hominis intactum. Cum corpus ad terrae superficiem allatum palam

exhiberetur, anus quaedam nomine *Margarita Olsdotter* affirmavit hoc esse corpus *Matthiae Israelsson*, sponsi quondam sui, qui 42 annis ante non iam rediisset e fodinâ.

Inventio corporis

Die 2.m.Dec. fodinarii invenerunt corpus viri mortuum in cuniculo aquâ completo, qui appellabatur *Mårdskinnsfallet*, in parte fodinae, quae diu non erat adhibita. Utrumque crus viri mortui amputatum defuit¹; cum neque in vestimentis neque in manibus neque in facie apparerent ulla indicia dilapsionis, vir visus est nuper demum mortuus esse, sed mirum fuit, quod tempore recentiore nullus vir nuntiatus erat desiderari.² Alii testes coaequales referunt corpus viri e locis subterraneis sublatum coepisse siccescere, ut fieret tam durum quam lignum,³ alii corpus quodammodo esse mutatum in lapidem, ut *Matthias Israelsson* appellaretur *fodinarius petrificatus*.⁴

Cum corpus in *Stora Kopparberget* palam exhiberetur, *Margarita Olsdotter* affirmavit idem esse corpus *Matthiae Israelsson* sponsi quondam sui, qui mense Martii anni 1677 evanisset. Traditur altera mulier fuisse, quae etiam contenderet corpus esse sponsi sui, sed eadem potius quam sinceritate videretur inducta esse cupiditate pecuniae, quae solebat solvi viduis fodinariorum.⁵

Carolus Linnaeus cum viseret mumiam Falunensem, animadvertit Matthiam Pinguem non esse petrificatum, sed conservatum *cupro sulfurico* obtectum. Quae substantia hodie saepius adhibetur venenum pesticidale. Linnaeus praedixit cupro sulfurico evaporato factum iri, ut corpus inciperet dilabi. Hanc praedictionem veram fuisse postea apparuit.

Corpus *Matthiae Israelssonii* per 30 annos remansit exhibita, usque dum sepultum est d.21 m.Dec. a.1749 in ecclesiâ *Stora Kopparberg*. Sed cum annis saeculi undevicesimi sexagenariis prioribus restauraretur pavementum huius ecclesiae, iterum inventae sunt reliquiae *Matthiae*

¹ [Bo G Jansson \(2010\). "Fet-Mats – Den förstenade gruvdrängen i sakprosa och som inspirationskälla till dikt och konst från 1719 till 2010" \(PDF\). Höskolan Dalarna. Världsarvets Världar. Studier # 1. Archived from the original \(PDF\) on 2019-12-05. Retrieved 2019-12-05.](#)

² Engström, Björn (2010). Daniel Westlings anor från Svartnäs – Med kulturhistoriska utblickar i byar och miljöer under 700 år. Björn Engström. [ISBN 978-91-633-6885-1](#)

³ v. supra 1. Bo G. Jansson.

⁴ v. supra 1. Bo G. Jansson. ***petrificatus**: cfr David von Moos, Dissertatio physica de **petrificatorum** differentiis et varia origine..., Tiguri 1752.

⁵ "The saga of Fet-Mats". d.11 m.Dec. a.2017.

Pinguis et conceptaculo vitreae impositae, ut spectarentur. A.1930 tandem definitè sepultae sunt in eiusdem ecclesiae coemeterio.

Memoria Matthiae Pinguis a poetis celebrata

Historiâ Matthiae Pinguis animi poetarum atque philosophorum Germaniae romanticorum sunt vehementer inflammati. *Gotthilf Heinrich von Schubert* philosophus et physicus de fodinario Falunensi scripsit in opere, c.t. *Ansichten von der Nachtseite der Naturwissenschaft*, *Achim von Arnim* scripsit canticum, *Iohannes Petrus Hebel* de Matthiâ Sueti naturaliter mumificato fabulam brevem confecit, quae inscribitur *Unverhofftes Wiedersehen* (Revisio insperata, vide infra!). Necnon *Fridericus Rückert*. Memoratu dignissima est narratio *Ernesti Theodori Amadei Hoffmann*, c.t. *Die Bergwerke zu Falun* (i.e. Fodinae Falunenses), quae a.1819 publicata est in collectione, c.t. *Die Serapionsbrüder*. A.1842 *Richardus Wagner* scripsit libellum textualem narratione Hoffmannianâ illâ usus, sed libello repudiato scripsit *Tannhäuser*. A.1901 drama *Hugonis de Hofmannsthal*, c.t. *Das Bergwerk zu Falun*, primum omnium in scaenâ Vindobonensi est actum.

SYMBOLAM WIKIPEDIANAM

QUAE SPECTAT AD

MATTHIAM PINGUEM

FODINARIUM SUETICUM

NATURALITER IN MUMIAM REDACTUM

LATINE REDDIDIT

LEO LATINUS

DE AMORE TRAGICO

<https://www.spektrum.de/news/der-romantische-untote/1694712>

Scrpsit Sebastianus Hollstein, Latinê reddidit Leo Latinus.

Amor tragicus: Vir immortalis romanticus

A.1719 fodinarii Falunae in urbe sueticâ condiderunt cadaver collegae. Qui vir mortuus videtur esse petrificatus – quo aspecto homines sunt consternati. Postea hic Suetus fodinarius tamquam reversus ingreditur in litteras Germanorum artificiosas.

Per septimanas auditores audiverunt auribus arrectissimis verba *Gotthelfii Henrici Schubert* verba, a quo abducti sunt in «Latus scientiarum naturalium nocturnum». Hic enim est titulus scholae academicae, quam Schubertius medicus et philosophus naturalis habet hieme a.1806/7. Dresdense Palatium Carlowitzianum candelis illuminatur. Flammae coruscant, splendidae fiunt cogitationes. Schubertius loquitur de coniunctione hominis et naturae, quae - olim artissima – ne dissolvatur periculum esse. Loquitur de somniis obscuris, de abyssis animae humanae deque mundis mysterialibus. Loquitur de mundi organici anorganicique transitibus. Exempli gratiâ loquitur de putrefactione: Hominem esse ad hanc actionem paratissimum, nam naturam eo quod corpus humanum contineat plus phosphori, videri homini spatium temporis, quo eius corpus ultimo mutatur, abbreviasse.

Ut explicet corpus humanum ne aptissimis quidem condicionibus conservandi non posse evitare dilapsionem, refert de fodinario illo suetico. Quem inventum esse mortuum in Sueticâ fodinâ ferrariâ¹ Falunensi. Quem dilapsum esse in genus quoddam cineris, postquam frustra conclusus sit armario vitreo, ne ab aëre accederetur. At haec historia corporis mortui, quod aspectu fuit mirabiliter iuvenili, multo pluris valet quam argumentum quod videtur scientificum. Hoc scit etiam Schubertius, ideoque historiae rem praecipuam enarrat verbis flagrantissimis:

¹ Nonne fuit fodina cupraria?

“Nam cum plebs cadaveri e fodinâ extracto circumstat lineas faciei aspectans, anicula advenit, quae est cànis capillis, baculis nixa, lacrimas effundens de viro mortuo amatissimo, delapsa horam benedicens, quâ Deus sibi moriturae talem revisionem benevolê concesserit, et plebs stupefacta spectavit hoc par hominum mirabile, quorum sponsus mortuus in profundis prostratus aspectum conservaverat iuvenilem, sponsa quamvis corporis tabe et senectute affecta fideliter atque constanter iuvenilem amorem, necnon plebs in nuptiis argenteis quinquaginta annorum invenit sponsum rigidum et frigidum, sed sponsam anilem et cànâ amoris calidi plenam.”

Effectu harum linearum paucarum saeculis sequentibus artifices, praesertim in regionibus germanophonis, tamquam vi electricâ excitati sunt. Sed hoc factum est centum ferê annis postea. Interim quid factum erat?



Fodina Falunensis. Interiora Sueticae fodinae cuprariae, a.1784 a Petro Hilleström Maiore picta.

Faciem fuisse salvam, occiput contusum.

M.Dec. a.1719 fodinarii Falunae in urbe Suetiae inveniunt collegam mortuum in cuniculo aquâ impleto 150 metris sub terrâ prostratum. Faluna in directionem boreali-occidentalem ducentis ferê chiliometris ab urbe Holmiâ sita illo tempore refertur in numerum fodinarum Europae principalium (et hodie locorum hereditatis mundani). Inde cuprum Suetiae exportatur in omnes ferê Europae angulos. Quia securitati fodinariorum parum consulitur, talia infortunia saepius accidunt. At in praesenti fodinarii nullum collegam desiderant. Praeterea status corporis mortui est mirus. Cum utrumque crus, brachium dextrum, occiput gravibus laesionibus sint affecta, facies et manûs corpusque reliquum salva sunt et integra et mirum in modum dente temporis nondum arrosa. Partes vestimentorum ferreae sunt ferrugine obiectae – sed ipsa vestimenta bene sunt servata. Ipsa mica tabaci, quam vir mortuus secum gesserat pyxide metallicâ inclusam, adhuc est statu recenti. Necnon fodinarius obiectus est miro nitore caeruleo. Cum fodinarii collegam mortuum e fodinâ umidâ ad superficiem terrae sustulerint, corpus antea molle subito obdurescit. Nonnulli dicunt idem corpus esse petrificatum.

Saltim corporis durabilitatem fodinarii periti mox sciunt explicare. Corpus enim per longum tempus iacuit in solutione aquosâ, quae continet ionta sulfatis et cupri. Qua solutione bacteria occiduntur et lignum in officinis illius aetatis impraegnatur et pelles bestiarum conservantur¹. Cupro, quod inest aquae, fit coloratio caerulea, quae aëre mutatur in nigredinem fuliginosam. Aliis autem quaestionibus non tam celeriter potest responderi: Quis est vir mortuus? Quidnam faciendum est de corpore?

Matthiam illustriorem fuisse, quam ut sepeliretur.

Ut apparet e protocollis officialibus, negotiatio fodinaria septimanâ sequente cooperatores iubet congregari, ut consulant de corpore Matthiae Pinguis tractando. In sessione patefit, quisnam sit vir mortuus. *Mans Hansson* fodinarius corpore aspectu recognoscit collegam quondam suum, cui nomen fuit *Mats Israelsson*. “Matthias Pinguis”, qualis hic fodinarius propter corporis sui staturam

¹ Scilicet illâ aetate notiones bacteriorum et iontum, i.e. particularum electricè oneratarum, neque fodinariis neque hominibus doctis ullo modo notas fuisse!

appellabatur, oriundus fuerat e vico *Boda* prope sito – sed plus quadraginta annis ante. Autumno anni 1676 Matthiam iuvenem vices operarum accepisse a collegâ, sed non iam revertisse.

Alter nuntius affertur ab aniculâ, quae mortuum virum optimê noverat: eadem enim Matthiae sponsa fuerat. Quae est nomine *Margareta Olsdotter* et faciem Matthiae etiam recognoscit, sed annum corrigit: sponsum suum evanuisse a.1677, mense Aprili ineunte.

Cum fuerit sponsa, Margareta postulat, ut vir sui amatus sepeliatur quam celerrimê. At îdem vir interim illustrior est, quam ut sepliatur.



Delineatio viri mortui et loci, ubi inventus est. Relationem de Matthiâ Pingui invento prolixam a.1722 publicavit *Adamus Leijel*, officialis magistratûs Suetiae fodinarii.

Investigationis scientificae causâ

Mira res inventa celeriter percrebruit; itaque etiam viri docti cupiverunt miraculum perscrutari. Consociatio scientistarum quaedam famosa universitatis Uppsalensis corpus brevi postquam inventum est accuratius perquirat. A m. Nov. a. 1720 investigatores per septem sessiones corpus perscrutantur. In sessione aliquâ e femore exsecant frustum carnis, ut plura experiantur de consistentiâ. A. 1722 *Adamus Leijel*, officialis magistratûs rei fodinariae inspiciendae, publicat relationem prolixam cum delineatione viri mortui.

Interim diurnarii Matthiam Pinguem fecerunt personam in totâ Europâ illustrissimam, quam visitare cupiunt omnes philotheori¹, qui ex omnibus regionibus Europae curiositate adducti in septentrionem iter faciunt, ut spectent virum mortuum iuventute suâ durabili insignissimum. Qui ab omnibus aspectabilis stat in armario vitreo locis fodinae imposito. Scientistae disputant, utrum vir mortuus ad mineralia redactus et petrificatus sit – ita etiam Carolus Linnaeus (1707-1778), investigator naturae illustrissimus. Qui Matthiam Falunensem a. 1734 visitans conclusit corpus per tempus tantum esse mumificatum et mox dilapsurum esse.

Reverâ hoc mox fit de Matthiâ Pingui. Eius corpus incipit lentê friari et êdere odorem iniucundum. Itaque Matthias Israelsson d. 21. m. Dec. a. 1749 – 30 annis postea – iterum sepelitur, ut accuratius dicamus, funere officiali sepelitur sub pavimento ecclesiae Falunensis. At etiam hîc funere nondum quiescit in aeternum. Nam bis exhumatur, transponitur, ab anno 1900 usque ad annum 1930 denuo est oblectamentum philotheorum, sed deinde definitê sepelitur in coemeterio ecclesiae Falunensis *Stora Kopperberg*. Ex a. 1934 sepulchrum eius significatur lapide sepulchrali.

¹ philotheorus, -ī m. *Tourist*.



Fodina cupraria Falunensis. Hodie area fodinae Falunensis est UNESCO nis heredium cultuale mundanum. A.1719 hōc loco corpus fodinarii Matthiae Israelsson in cuniculo inventum ad superficiem terrae est sublatum.

De Matthiâ Pingui quid scripserint romantici.

Post funus a.1749 factum, de quo omnes diurnarii europaei referunt, Faluna quiescit. Furor Matthiâ mumificato effectus mitigatur, numerus philotheorum deminuitur. Nil restat nisi narratiuncula incolarum regionis Falunensis delectabiliter formidulosa. At fabula huius cadaveris nunc aliâ in terrâ renovatur – a poetis philosophisque Germaniae romanticis. Morte suâ mysteriali et irritoque suo amore Matthias Pinguis magnam habet effectum ad eos, praesertim cum auctores illius aetatis valdê attrahantur obscuris fodinarum cuniculis mineralibusque splendidis. Haec materia habet omnia, quae desiderantur a romanticis: mortem mysterialem, res obscuras oblivione obrutas, corpus mortuum, quod videtur resistere legibus scientiarum naturalium necnon amorem immortalem.

Ad Matthiam Suetum fodinarium mortuum in litteris Germaniae romanticis celebrandum maximê contribuit philosophus *Gotthelfius*

Henricus Schubert. Qui cum Ienae in urbe, ubi colebatur romanticismus prior principalis, studeret medicinae cognoscendae, coepit perquam diligere suprasensualia, abyssalia, obscura, incomprehensibilia – et animae humanae et scientiis naturalibus insita. Poetae atque cogitatores huius aetatis eius scripta summâ cum cupiditate lecturiunt eiusque scholas academicas numerosi frequentant. *Henricus de Kleist*, *Ernestus Thodorus Amadeus Hoffmann*, *Caspar David Friedrich* sunt inter Schubertii admiratores.

Poetae de fodinario mortuo narrare non desinunt.

Poetae, si tardissimê, a.1808, quo Schubertii opus, c.t. “Latus scientiarum naturalium nocturnum” publicatum est, coeperunt Matthiam fodinarium mortuum operibus suis tractare. Redactores periodici, c.t. “*Jason*”, brevi post auctores adhortati sunt, ut hoc thema certatim sibi proprium facerent. Procul dubio *Iohannes Petrus Hebel* unus ex illustrissimis est, qui a.1811 in lucem edidit narratiunculam, c.t. «Revisio insperata».

Hac in calendarii historiôlâ fodinarius puellae suae amatae quodam mâne mensis Decembris connubium promittit, sed deinde in fodinâ infortunio animam efflat. Quinquaginta annis post, cum in mundo interim multi eventûs facti sint politici atque historici, eius cadaver conservatum circa solstitium conditur. Sponsa – interim anus facta – recognoscit virum mortuum, qui adhuc est aspectu iuvenili, et secum abducit domum ibique retinet, usque dum postridie corpus mortuum sepelitur.

Iam a.1810 hic textus in domo fuit *Iohannis Volfgangi Goethei*, ut *Charlotta* uxor *Friderici Schiller* nos certiores facit: “*Fabulam fodinarii Falunensis nobis in congregatione quadam recitavit Goethe consiliarius secretus. Nos omnes flevimus. Tam vehementer affecti sumus, cum is recitaret voce suâ pulchrâ*”. Multo brevior et anecdotae similis est narratiuncula *Henrici Zschokke*, quae inscribitur “Fodina Falunensis.” *Fridericus Hebbel* poeta dramaticus fabulam suam a.1828 editam appellavit “Amorem fidelem”.

A.1819 *Ernestus Theodorus Amadeus Hoffmann* incumbit in mythum *Matthiae Pinguis* tractandum eo quod narrationem scripsit, c.t.

“Fodinae Falunenses”. Idem poeta argumentum fabulae redigit ad iter efferatum et inebriatum. In narratione Hofmannianâ agitur de nautâ nomine *Elias Fröbom*, cui senex quidam fodinarius persuasit, ut operaretur in fodinis boreosueticis. Post varios errores, in quibus Fröbomius cavernas pervagatur crystallinos et incidit in ipsam reginam montanam, iuvenis denique die suo nuptiali in cuniculo terris obruitur – eo ipso momento temporis, quo lapidem pretiosissimum, *almandinum cerasinum fulgentissimum* e profundis vult sursum auferre, ut sponsae donet. Tandem 50 annis post fodinarii corpus Eliae ad lumen diei reportant. Eliae sponsa, quae interim anus facta est, in virum quondam sibi sponsum se coniciens lacrimat. »*Fodinarii accesserunt, ut miseram Ullam consolarentur, at ea animam suam efflaverat corpori sponsi sui rigidi apposita. Homines animadverterunt corpus viri miseri, quod falso putabatur petrificatum esse, in pulverem dilabi incipere*«.

SYMBOLAM

IN PERIODICO “SPEKTRUM”

EDITAM,

C.T. “*Der romantische Untote*”,

SCRIPSIT

SEBASTIANUS HOLLSTEIN

IN LATINUM CONVERTIT

LEO LATINUS.

REVISIO INSPERATA



Johann Peter Hebel (1760-1826)

Theodiscê scripsit Johann Peter Hebel, Latinê reddidit Leo Latinus.

Ernestus Bloch philosophus hanc narratiunculam dixit esse totius mundi pulcherrimam¹.

Falunae in Suetiâ quinquaginta ferê annis ante iuvenis fodinarius bellam sponsam suam iuvenem osculatus dixit: »Die Sanctae Luciae amor noster manu sacerdotis benedicetur. Deinde erimus maritus et uxor, et aedificabimus nidulum proprium.« - Tum sponsa lepidê subridens: »Et pax« inquit »et amor in eodem utinam habitent. Nam tu mihi vales unicum et omnia, et sine te mâlo esse in sepulchro quam alio loco«.

Cum autem parochus ante diem Sanctae Luciae iterum nomina eorum pronuntiavisset: »Si quis quid scit impedimentum, quin liceat eosdem connubio coniungi, hoc nobis annuntiet... « - tum se annuntiavit Mors.

¹ cfr http://hausen.pcom.de/jphebel/geschichten/unverhofftes_wiederschen.htm: „laut Ernst Bloch "Die schönste Geschichte der Welt!"

Nam cum iuvenis postridie mâne nigrâ veste indutus domum sponsae praeteriret – fodinarius enim semper gerit vestem funebrem – etiam puellae fenestrâ pulsâtâ bonum mâne optavit, sed non iam optaturus bonum vesperum. Nam cum sponsus numquam reverteretur, puella eodem mâne in diem nuptialem focale nigrum margine rubro frustra ornavit, et vir cum non rediret focali seposito eum deflebat neque umquam oblîta est.

Interim Olisipo caput Lusitaniae terrae motu est destructa, et transactum est bellum septem annorum, et Franciscus I. Imperator mortuus est et sublatus est ordo Iesuitarum et divisa est Polonia et mortua est Imperatrix Maria Theresia, et *Struensee* affectus est supplicio capitali, America liberata est, neque potestas francogallica cum hispanicâ coniuncta potuit expugnare Gibraltariam. Turci *Steinium* ducem militum in cavernâ veteranâ incluserunt et mortuus est etiam Iosephus Imperator. Gustavus Rex Suetiae expugnavit Finniam russicam, et incohata est revolutio francogallica et bellum longum, et Imperator Leopoldus II. etiam iit in sepulchrum. Napoleo Borussiam expugnavit, et Angli in Hafniam bombas iaculati sunt, et agricolae serebant et metebant. Molitor molebat et fabri ferrum malleis tundebant, fodinarii in officinis suis subterraneis fodiendo quaerebant venas metallicas.

At cum fodinarii Falunenses a.1809 paulo ante aut post diem Sancti Iohannis duos cuniculos vellent perfodiendo inter se coniungere, in profunditate trecentarum ulnarum e rudere et aquâ vitriolicâ effoderunt corpus iuvenis mortuum, quod totum vitriolo ferri erat pervasum, sed ceterum incorruptum atque immutatum; ita ut eius lineae faciei et aetas adhuc essent cognoscibiles, quasi ante unam tantummodo horam esset mortuus aut operans paululo tantum obdormivisset.

Cum autem iuvenis mortuus sursum exportatus esset, pater et mater, amici et cogniti iam pridem erant mortui, nullus homo noverat iuvenem dormientem neque ullus aliquid de infortunio sciebat, usque dum sponsa quondam eiusdem fodinarii vênit, qui aliquo die abierat operaturus nec umquam redierat. Haec anicula corpore vieto, cânis capillis, baculo nixa vênit ad plateam et sponsum suum recognovit; et

potius laetâ voluptate quam tristi dolore affecta delapsa est ad corpus mortuum dilectissimum, et post longam demum atque vehementem animi commotionem cum recreata esset: »Sponsus meus« inquit, »hic vir est, quem per quinquaginta annos luxeram, et quem Deus semel etiam ante finem meum sinit me videre. Īdem octo diebus ante nuptias sub terras ierat neque umquam revênit sursum.« Tum animi circumstantium tantâ maestitiâ sunt affecti, ut lacrimarent, cum puellam quondam sponsam viderent nunc anum vietam et infirmam factam necnon sponsum adhuc pulchritudine iuvenili praeditum, et flammam amoris iuvenilis post quinquaginta annos in pectore mulieris anilis ultimo resuscitatam; at sponsus numquam ôs aperuit, ut subrideret neque umquam oculos, ut recognosceret; et tandem viderunt fodinarios sponsum in conclave parvum ferre mulieris, quae unica ei adiuncta erat et ius habuit eiusdem, usque dum sepulchrum in coemeterio esset praeparatum.

Postridie cum sepulchrum in coemeterio esset praeparatum et fodinarii illum apportarent, anicula cistulam aperuit, focale illud nigrum et sericeum virgis rubris ornatum collo viri sponsi circumposuit, eumque comitata est veste dominicali induta, quasi dies esset nuptialis, nequaquam funebris.

Nam cum vir sponsus in coemeterio sepeliretur, mulier: »*Dormi nunc bene*« inquit, »*per unum aut decem dies in frigidulo lecto nuptiali, ne vexeris molestiâ temporis. Mihi pauca tantum restant agenda, et mox veniam, et mox fiet dies novus. – Quod terra semel reddidit, alterâ quoque vice non retinebit*«, dixit abiens et semel respiciens.

FINIS







IOHANNIS PETRI HEBEL
NARRATIUNCULAM
C.T.
Unverhofftes Wiedersehen
LATINA VESTE ORNAVIT
LEO LATINUS

ECCE LIBRI LEONIS LATINI

Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.

Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hôt tempore apud Leonem Latinum prostant venales:

- | | |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... | 22,00 € |

PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».

GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.

Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.

Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.

Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIS AEI.

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandataelae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI-TUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE –Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner- Eschenba ch	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050 5A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060 5A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070 5A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIIUM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	0030 6A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040 6A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	0050 6A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90

28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	0020 7A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	----- -----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,

USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !



**HANC EPISTULAM LEONINAM
DUCENTESIMAM QUADRAGESIMAM TERTIAM
SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT**



**Die Lunae
06. m.Sept. a.2021**



Dr. Nicolaus Groß
LEO LATINUS
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae